









1691.

1. Kortholt, Christianus: In Canonem Nicolaeus Card.  
Baronii et Bellarmino opposita exercitatio.
2. Stylius, Pliis King: De mathematicis ex ratione  
status.
3. Martini, Nicolaus: De iure prioritatis favorabilis

1692.

1. Stylius, Pliis Augustus: De proclamatione et  
causa homicidiae fugitivi.

1693.

1. Martini, Nicolaus: De libris sapientiae
2. Musaeus, Simon Martin: De teste singulari. ? Suedt.  
1693 - 1744
3. Reyperus, Samuel: De natura et jure aquarum  
atque aquae factum.
4. Reyperus, Samuel: De natura et jure auditus  
ac soni.
5. Reyperus, Samuel: De Euclide (Mathematico)

1693.

69. Styrkies, Elias Augustus: De co, quod justum est circa  
ludis scenicis operaque maternas. 2 Bull. 1693 & 1696.

1694. Styrkies, Elias Augustus: De juramento purgatorio  
in causis civilibus.

1695. Ruyherus, Samuel: De tribus argenteis nummis  
idque unciatibus antiquissimis.

2. Styrkies, Elias Augustus: De domicilii mutatione

3. Styrkies, Elias Augustus: De apprehensione delicti  
in fugitivi.

4. Styrkies, Elias Augustus: De transactione super delictis

IN  
CANONEM  
NICÆNUM,  
A DD. BARONIO ET BELLAR-  
MINO OPPÖSITA  
EXERCITATIO.

IN ACADEMIA HOLSATORUM  
CHRISTIANI ALBERTINA,  
PRÆSIDE  
CHRISTIANO KOR THOLT,  
S. Theol. D. Pro-Cancellario, & Pro-  
fessore Prim.

publice recitandam

exhibet.

Ad diem 11. Octobr.

NICOLAUS HOIER,  
Tündera-Schleswig.

Typogr. J. R. Neumann, Acad. Typogr.

164

169

167

16

2

3

4

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...



DISPV TATIO IVRIDICO-PRACTICA  
DE

TESTE SINGVLARI,

1693/2  
6  
8

GERMANIS :

Wer ein Sonderlicher Zeuge heisse, und was dessen  
Ausfage in Rechten würcke.

P R A E S I D E  
SIMONE HENR. MVS AEO,

ICTO CELEBERRIMO,  
INSTITVTVT. NEC NON IVRIS NAT. ET GENTIVM  
PROFESSORE ORDINARIO,

DIE XXVI. AVG. ANNO CIO IO CXCIIL.

I N  
ILLVSTRI CHRISTIAN - ALBERTINA

R E S P O N D E N T E  
GODOFR. CHRISTOPH. RICHTER.

I E N E N S I

HABITA,



OB SINGVLARITATEM ET IN FORO VTLITATEM,

I E N A E,

REC. PER IO. BERNARDVM HELLERV M,

A. O. R. M D C C X L I I.

TESTE SINGULARI

1800

SIMONE HENR. MYSLEO

PROFESSOR

IN

THEOLOGIA

GODFR. CHRISTOPH. RICHTER




UNIVERSITÄT HALLE

1800

RECTOR IO. BERNHARDI HEILMANN





I. N. I.

um materiæ non meop-  
te arbitrio, sed ex nutu  
viri cujusdam, cujus penes me sum-  
ma autoritas est, ad dissertatio-  
nem academicam selectæ, manum  
admoverem, plura occurrebant,  
quæ illius elaborandæ studium ar-  
doremque restringerent. Præter-  
quam enim, quod nullus eandem  
peculiari tractatu seu dissertatione,  
quantum mihi scire licuit, hæcenus  
persecutus est: hinc, quæ circa i-  
stam à Doctoribus passim sparsim-  
que traduntur, adeo confusa & flu-

A 2

ctu-

fluctuantia videbantur, ut qui hæc omnia vellet colligere, & in qualemcunque ordinem cogere, tanti laboris fit omnes prope fructus perditurus. Quemadmodum vero accuratiores artium regulas adornaturi, easdem experiētiis prope innumeris, ad quas colligendas præter artis habitum & profundioris ingenii dotes, longo tempore opus est, superstruere coguntur: ita hujusmodi materiæ practicæ exactam theoriam conditurum in observationibus, ex negotiis forensibus diu multumque colligendis, ita diligentem esse oportet: ut etiam minima, quæ ipsa levitate sua aliorum ex oculis elabuntur, expendat & annotet. Verum hæc difficultates, quæ  
à ma-

à magno tractatu scribendo facile aliquem deterrere valerent : me nullo modo à dissertatione hac deperanda retrahunt , quæ neque à tritissima via multum deflectet , neque omnia sed pauca ex Doctoribus , quæ hujus sunt argumenti , colliget : Certe enim hæ paginæ officio suo sic satis functæ esse videbuntur : si nunc publico disputantium colloquio qualemcunque suggererint materiem.



§. I.



**A**NTE omnia distincte explanandum est, quid per testem singularem denotetur. Quod acturo ad materiam, de teste in genere, longe lateo ; evagari liceret : si vastissimum hunc campum ingredi, quam in-

A 3

stitu-

stituto pressius inhærere malle. Quamobrem huius, ut par est, memori, de teste in genere, quam & hoc manifestum est, id unum annotasse suffecerit: per illum *personam* intelligi, *quæ de veritate rei gestæ suam in iudicio exponit sententiam, fidemque rei controversa facit.* vid. Umm. *Disput. ad Process. Judic. 10. de test. n. 1.* Vocabulum autem *singulare* diversos significatus admittit. Nunc idem significat quod *unum*, & *singularitas pluralitati* opponitur; nunc idem est, quod *peculiare & proprium*, ac opponitur *communi*. Sic in iure persona singularis dicitur, respectu populi, curiæ & collegii in *l. 9. ff. quod met. caus.* Et Philosophi per *singulare* denotant *individuum* universali oppositum. Nunc *singulare* idem est quod *eximium*, vid. Matth. Martin. in *Lexic. Philolog. verb. singularis.* Verum hi substratæ vocis significatus ab hoc loco alieni esse videntur. Nonnulli *testem singularem* cum *unico* confundunt; nullumque inter hos discrimen agnoscunt, inter quos est Rauchbar. *Part. 2. quæst. 1.* Cæs. de Grassis *Decis. 97. n. 6.* Vincent. de Franchis *Decis. 60.* Borgnin. Cavalcan. *P. 1. D. 19. n. 26.* Barnab. Cornazan. *D. 4. n. 7.* A quorum sententia alii, nec immerito discessionem faciunt, cum principium erroris sit diver-

diversa confundere. Camill. Borell. *Sum. Dec. 2. tit. II. n. 1.* testem singularem in illo ab unico differre arbitratur, quod hic altero angustius pateat: Omnem enim testem unicum singularem esse; sed non omnem testem singularem etiam unicum. Verum ne id quidem fortassis, ut devitetur confusio, Camillo Borello largiendum est. Testis quippe unicus dicitur, qui contestes non habet: At singularis connotat contestes, à quorum depositione aut effatis abludit: ut hic definiri possit: quod sit *testis, qui cum contestes habeat, solus talia deponit quæ vel sunt aliorum dictis contraria, vel ab illis diversa.*

§. 2. CVM vero hæc testium singularitas ex variis causis oriri possit, haud luserim operam, si nonnullas harum investigare conatus fuero. Tametsi enim, prima specie, hujusmodi scrutinium ab usu fori ac disciplinæ practicæ indole abhorrere videatur: tamen quo profundius latentes sæpe in abdito cujusque rei fontes speculeris: eo deinde sincerius & incorruptius de illis, quæ ex fontibus profluxere, judicium tuleris.

§. 3. Prima hujus singularitatis scaturies est ipsa *ingeniorum singularitas.* Quemadmodum enim Authore Ulp. naturalis quædam inest hominibus

nibus dissentiendi facilitas l. 3. de vet. Jur. enuct.  
 tantaque mentium humanarum dissonantia : ut  
 Huarto, in scrutin. ingenior. procem. perhibente,  
*si vel mille homines ad judicandum de re quadam  
 difficili conveniant, nihilominus quilibet illorum  
 non raro singularem calculum ferat ; Et hujus in-  
 tuitu Pufendorff. reliquis animalibus genus no-  
 strum postponat ; (singula, scribens, brutorum  
 genera consimiles fere inclinationes habent, parique  
 affectu & appetitu ducuntur. Unum si quis norit,  
 omnia norit. Ast inter homines quot capita, tot  
 sensus, & suum cuique pulchrum : de Jur. Nat. &  
 Gent. Lib. 2. cap. 1. §. 7.)* Ita unus præ aliis in sin-  
 gulares opiniones pronior esse potest : sive illum  
 peculiare mentis acumen, cum solido studio veri-  
 tatis conjunctum ; sive perversa & ipsi veritati in-  
 expugnabilis philavtia ; sive quædam corporis,  
 spirituum cerebri, sensuumque intemperies à com-  
 muni hominum opinione atque judicio alienet.  
 Quod si omnes prope homines, maxime intempe-  
 ratis in regionibus viventes, sua, ut placet Huar-  
 to, intemperies agitat : quid mirum, si hæc aliam  
 atque aliam in singulis, pro varia cujusque dispo-  
 sitione, faciem induat ? Ponamus, cum auctore  
 proxime citato, *homines quatuor, qui in structura*  
*vistræ*



visus & potentia laesi sint, quorumque unus humorem  
 Crystallinum gutta sanguinis, alius cholera, alius  
 phlegmate, alius melancholica inbutum infectum-  
 que habeat. His si ob oculos ponamus pannum ca-  
 eruleum, eo sine, ut de vero ejus colore judicent; du-  
 bium non est, cum morbi & defectus sui consciis sibi  
 non sint, priorem pro rubeo, alterum pro luteo, ter-  
 tium pro albo, quartum pro nigro pannum habitu-  
 rum: adeo ut vel sacramento sententiam quisque  
 suam tuiturus sit, atque irrisurus reliquos, tanquam  
 qui in re adeo manifesta atque notoria adeo turpiter  
 errent. Quod si ab oculo ad linguam abeamus, in  
 eamque has quatuor humorum guttas derivemus:  
 aquam, quam bibendam illis porrigemus, prior qui-  
 dem dulcem, alter amar am, tertius falsam, quar-  
 tus acidam confirmabit, in dict. scrutin. ingeniorum  
 Proœm. Sed & notabile est, quod Autor operis,  
 de inquirenda veritate Lib. i. cap. 6. attendendum  
 esse monet: oculos nostros nihil aliud revera esse  
 præter perspicilla quedam naturalia, ipsorum hu-  
 mores idem esse cum vitro perspicillorum, & juxta  
 crystallini humoris figuram, ipsius à tunica retina di-  
 stantiam, objecta multifariam à nobis videri; adeo  
 ut non possis tuto asserere, duos homines objecta cum  
 eadem magnitudine videre, quia duos homines vix

B

com-

*comperias, quorum oculi eodem modo sint conformati.* Quod si deinde, ut idem *Lib. 5. cap. 7.* monet, variæ corporum constitutioni addatur diversitas objectorum, quæ in eos, qui eadem non obtinent munera, vitamque non eodem modo instituunt, vel variæ sunt ætatis, diversæ sexus, disparis conditionis & fortunæ inpressiones plane diversas agunt, evidenter patebit, homines iisdem rebus æqualiter non affici. Cæterum testimonii singularitas ex primo hoc fonte profluens, non semper testis singularis genio adscribenda venit: sed etiam ex cognata quadam corporis animive intemperie, qua ipsi contestes laborant, quanquam rarius id contingere haud negaverim, ortum trahere potest: si fides habenda est *Erasmio*, ingeniorum tacitam quandam cognationem esse, in *Epistol. ad Uldr. Hutten. de Thome Mori vita*, perhibenti.

§. 4. CAUSA singularitatis ii. *affectuum perturbatio* statui potest. Hæc enim nunc intellectui nebulas offundit, ut neque objecta clare percipere, neque de illis dextre judicare valeat: nunc momentosiores circumstantias plane ex oculis, ut animadverti nequeant, removet: nunc sua vertigine circumactos in haud leves errores seducit.

cit. Proinde testes affectuum procellis concussi, tum à veritate, tum inter se in judicia & effata, variis perturbationum coloribus imbuta, distrahuntur. Unde non potest non horum singularitas subinde exoriri. Quod si vellem in amore, quem speciem furoris esse testatur Clar. in §. fin. qu. 6. n. 10. In invidia, cujus improbitas legibus refrananda est, l. 6. C. de his qui vi metus ve l. 4. Cod. Theod. fin. reg. lib. 2. t. 26. In cupiditate, in timore, in odio & indignatione, quibus humanum iudicium pervertitur, Can. quatuor. 78. c. 11. qu. 3. In ira, quæ mentem ratione, consilio, tranquillitate spoliât l. 32. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 48. de R. J. L. 5. Cod. Theod. de accusat. lib. 9. t. 1. reliquisque passionibus, demonstrare, quantum singulari menti rationis exilium inducerent: prope immensa dicendorum series exurgeret, justam vel magno volumini præbitura materiem, idcirco ex hoc principio pullulanti testium singularitati ut in tempore occurreretur, legibus caute provisum est, ne admittantur testes in causa propria l. 10. ff. de test. l. 10. Cod. eod. & qui ex causa commodum sperant, vel metuunt incommodum, ut venditor in causa eversionis Carpz. P. 1. Const. 16. Dec. 68. Advocati in causis, in quibus patrocinium præstiterunt l. fin.

*ff. de test. Cap. fin. eod. in 6to.* Tutores in causis pupillorum *d. l. fin. ff. eod.* Judex in causa, in qua judicavit. *Can. 1. caus. 4. quest. 4. l. 6. Cod. de postul.* Porro domestici, *l. 24. ff. de testib. & l. 3. Cod. eod.* Item ascendentes & descendentes pro se & contra se. *l. 9. ff. l. 6. C. eod. l. 2. C. de in Jus voc.* Denique inimici *l. 17. Cod. de test.* aliique, quos cupiditas, ambitio, amor, metus & odium similesque affectus in sinistra judicia præcipites agere poterant. Verum ne his quidem remediis ista singularitatis scaturio penitus obstrui potuit. Fortassis passionibus animi per aperta indicia se proferentes, & quæ manifestis ex causis oriuntur, deprehendi queunt. Verum latentes & ex occulto principio provenientes affectus neque facile indagari, neque legibus cohiberi possunt. Ad hoc majus quid est, quam quisquam suspicetur, ab omni affectu liberum esse; raroque contingit, ut menti in contemplatione negotii civilis defixæ plena serenitas constet; eademque à benevolentia & misericordia motibus, ab odio vel tristitia, ab æmulatione, invidia, philantia, metu, cupidine, ira, vindicta per omnia vacet. Tamen si hos certa ratione modereris, non contemnendus in ipso rerum usu & vita civili usus existat; Optandum tamen

men esset, ut illi, quorum fidem in decidendis quæstionibus facti sequimur, dum testimonia sua perhibent, ab omni passione, ut trunci & stipites intacti persisterent, & plena serenitate fruerentur. Interim quacunque ratione quis contra passiones munire se velit, minime impedit, ne illæ vel per occultos tramites se insinuent; & cum offusa caligine rationis aciem obtundant, tum pondere suo vires libertatis deprimant; adeoque neutralitate, quæ in sincero teste requiritur, eversa, voluntatem in hanc vel illam partem inclinent.

§. 5. PORRO cum testis *ignorantia* singulari testimonio causam præbere queat: illam III. hujus scaturiem non incongrue dixeris. Quæ ex innumeris prope causis iterum enasci potest. Nobis quibus tam vasta emetiri spatia non licet, unam vel alteram indagasse suffecerit. Primo quidem vix fieri potest, ut ille, qui actui vel negotio toti non interfuit, omnes circumstantias, ex quarum nexu & continua serie factum oritur, cognitæ perspectasque habeat. Nequetantum illos, qui corpore absentes fuere: sed etiam corpore præsentibus, qui animo abfuere, in hujusmodi ignorantia versari oportet. Nam omnes, *qui non intelligunt*, in specie *furiosi, infantes, dormientes* præsentibus es-

se negantur *l. 209. ff. de V. S.* quibus extremē ebrii & vehementiori quodam affectu percussi annumerari possunt. Esto deinde hunc averso in alienam partem corpore oculisque in diversa intentis, quid inter Sejum vel Titium ageretur, non vidisse: illum in profunda speculatione defixum, exonerata à rixantibus convitiis plauftra non animadvertisse: Alium seu per socordiam, seu, quod aliena ad se non pertinere existimet, negotio, de quo quaritur non oculos, non aures, nullam attentionem commodasse, nihilque accurate & vere ex illo percepisse; nisi quod obiter sensibus illapsum hæreret. Quam facile tales unius vel alterius momentosæ circumstantiæ ignorantia, & inter se & à veritate distraxerit? Ad hoc quibusdam rei, quæ vix ab alio quam artifice dextre explicari potest, imperitia; nonnullis vel iudicii vel sensuum hebetudo dextram facti intelligentiam subtrahit: multis ipsa negotii obscuritas densiores nebulas offundit.

§. 6. CVM ignorantia prope connexus est error ut singularitatis, de qua jam agimus, fons longe uberrimus. Testes enim de re, quam ignorant, & cujus indolem non penitus intropexere, præcepserunt iudicium ferentes, ut cæci de coloribus judi-

judicant; & non possunt non in vanissimos errores proruer. Hos ut jam dictum est, corpus animive intemperies, illos artis, ex cujus regulis de re substrata judicandum est, imperitia; alios negotii conditio; propriaque seu socordia, seu precipitantia, in falsissima judicia abstraxerit. Equidem cum factum, de quo testes examinantur multiforme sit, & diversa quasi latera, plurimasque facies, ex quibus aliter atque aliter considerari possit, obtineat: non potest non qui ex uno latere de toto negotio præceps judicium tulerit, vehementer errare; aliosque, qui citra institutum de testis judicio examen, dictis illius fidem adhibent, & securius innituntur, in errorem simul abripere. Sed & pronitas in errorem adeo generi humano communis est, ut ab hac lubricitate judicii nullus mortalium sit immunis; maximeque illum hallucinari necesse sit, qui suis sensibus minimum diffidit; phantasiæ suæ ludibria segnius extimescit; judicioque suo securius innititur. Testi oculari maxima fides habetur, firmissimeque illorum testimoniis innitimur, qui visu aliquid percipere: quem sensum generaliore & maxime perfectum esse, Doctores passim statuunt. *Salicet. in l. 18. n. 7. & seqq. C. de test. Roman. Consil. 104. 109. adducens verba Horatii:*

*Segnius*

*Segnius irritant animos demissa per aurem,  
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.*

Interim quam variis erroribus vel ipsi possunt oculi occasionem substernere? Equidem cum objecta nunc pro diversa illorum distantia, quam sæpe ignoramus, majora vel minora appareant; nunc illorum oculos, qui crystallinum humorem habent magis convexum, non raro penitus effugiant: tum etiam circa proportionem duorum corporum quantumvis propinquorum dijudicandam errare facile possumus; nisi illa inter se fuerint composita. Ad hoc nonnulli observant, ut plurimum eadem objecta sinistro inspecta oculo eidem homini majora apparere, quam cum ea adspicit dextro. Quemadmodum autem, ut dictum est, circa corporum magnitudinem falluntur oculi: ita nec semper accurate figuras percipiunt. Quod pictores comprobant, qui circulum immutare, & ellipseos ad instar pingere coguntur: ut in statu naturali & genuino spectatoribus appareat. Vid. Malebranche dict. op. *Libr. I. c. 7.* Imo ne quidem de lineæ, quæ simplicissima est figura, rectitudine, sine amussi, & an amussis recte se habeat, ex visu judicaveris. Deinde non raro quæ nobis moveri videntur, quiescunt; & quæ videntur quie-



quiescere, moventur. Nec velocitatis, qua corpora moventur, gradus, oculi tuto manifestant. *Quomodo contingere possit, ut quis, excitato vel per insolitos fumos, qui huc illuc in capite vagantur, vel per partis internæ concussionem, propagatam circa interioris nervi optici extremitates, tali motu, qualis ibidem producitur, quando lucem, hunc vel illum colorem, flammam & alia obtuemur, talia videre se putet, ex Cartesio explicat, & variis exemplis confirmat Robert. Boyle in Experiment. de coloribus cap. 2.* Imaginationis quanta vis sit, non tantum in somniantibus, lunaticis, illis qui punguntur à tarantula, quorum in *diæt. cap. 2.* fit mentio; it. furiosis, ægrotantibus, melancholicis: sed etiam aliis, occultiore quadam intemperie circumactis; & in quibus neque sensuum organa læsa sunt, neque delirium se profert manifestum, apparet. Quemadmodum specula male conformata distortas rerum imagines repræsentant; & reflexos lucis radios adulterinis coloribus tingunt: Ita nonnulli, ex hujusmodi singulari sensuum interiorum & imaginationis intemperie, objectorum species vel sinistre concipiunt, vel utcunque conceptas incongrue verbis exprimunt. Nonnulli in tantum quævis sinistre enarrandi habitum contraxere: ut semper

C

per aliquid rerum gestarum veritati detrahant ; vel fabulosi, dum in sua commenta evagantur, adjiciant. Alii adeo sunt simplices & creduli, ut persuadere sibi patiantur, vidisse vel audivisse se, quae nunquam viderunt, vel audiverunt.

§. 7. Vt vs singularitatis fons est articulorum obscuritas, generalitas & multiplicitas. Obscurum dicitur, tum quod vel plane non, vel difficulter intelligi potest ; tum quod plures habet intellectus. *Mascard. Conclus. 1124. in pr. num. 6.* Quod si positio obscura sit, pluresque habeat intellectus, facile contingere potest : ut etiam testes in singularia effata distrahantur. Idcirco Felin. merito, quanquam non dissimulet testium fidem propter obscuritatem vacillare, tamen excusat ad positiones obscuras obscure respondentes ; Ipsos vero litigantes reprehendit, qui obscuros & intricatos articulos faciunt, *in Prox. Decret. num. 2.* Deinde articulorum generalitas obscuritatem quoque ac incertitudinem parit ; & quidem tanto majorem, quanto latiora vel genera, vel plures sub se species comprehendit. Sicut itaque facile contingere potest, ut testes ad positionem generalem respondentes singulares evadant : ita DD. articulos generaliter conceptos reprobant. *Spec. de posit.*

*posit. §. 7. num. 19. Oldrad. Conf. 107. in princ.* Denique positio ita concipienda est, ut uni positioni non nisi factum unum aut una res implicetur, *Ummii Disput. ad Process. 13. num. 12.* Nam si multiplex sit, & plura facta vel capita involvat, haud difficulter potest testimoniis singularibus ansam præbere.

§. 8. VI TAM & ultimam singularitatis scaturiginem ad alia properanti testium dolo lubet adscribere. Sive enim illi fuerint pecunia corrupti: sive quacunque improbitate inducti, ut falsa deponent: non possunt non in diversa discedere, qui veritatem ejurant. Quanquam vero testes falsum deponentes ex qualitate facti & personarum severe puniantur: *Vid. Gotthofred. à Barvo in Theor. crim. in §. falsum n. 140. §. 141.* propter hominum malitiam tamen hic singularitatis fons penitus obstrui non potuit. De cætero non tantum culpa testis singularis, sed etiam contestium, contraria deponentium, testimonii singularitas contingere potest: si ille solus à perturbatione liber, gnarus negotii, irretortis oculis veritati intentus, denique incorruptus persistit.

§. 9. CAETERVM cum hæc testium singularitas, si illius materiam respiciamus, varia sit;

& circa diversa & plurima possit emēgere : Id sibi DD. quoad substratum argumentum, officii incumbere existimarunt : ut istam varietatem distinctius evolutam ad summa quædam capita revocarent. *Bald. in l. testium num. 14. vers. potest etiam. C. de test.* quomodo memorata singularitas circa causam nunc efficientem, nunc materialem, nunc formalem, nunc finalem consuevit oriri, exposuit. *Farinac.* tum ejusdem, tum aliorum Doctorum vestigia secutus, eandem ex X. prædicamentis induxit. Mihi, ne actum agere videar, præsertim cum talia speciatim cognituro, ad indigitatos fontes recurrere sit in promptu, ab hac trita via aliquantum declinare, aliamque complanare liceat : quemadmodum, quoad singulas circumstantias, in singularia dicta testes secedere queant, utcunque cognituro. Circumstantiæ enim sunt quasi partes & principia, ex quibus omnis actio humana ac omne negotium civile componitur ; & ex quibus utriusque moralitas indolesque æstimatur. Sicuti vero in rei naturalis vel arte factæ accuratam cognitionem penetraturus ipsam in minutas partes resolvere, easdemque singulas diligentissime examinare necesse habet, adhibitis etiam, si subtilitate, sua visum eluserint, microscopio.

croscopiis, aliisque ad obscurorum investigationem conducentibus instrumentis: Ita dextre de negotio civili judicaturum, ante omnia hoc in sua principia sive minima illa, in quibus actio versatur, ut Aristoteles loquitur, & jus consistit, mentis acie scindere, advocatis in subsidium philosophiæ practicæ ac dialecticæ convenientissimis ac prope necessariis instrumentis, accuratissime contueri & ponderare oportet. Hoc ipsum iudicium *l. 9. C. de iudic.* tum ratio inculcat. Oritur ex facto jus, factum ex circumstantiis cognoscitur: quarum una sæpe perperam comprehensa sufficit ad pervertendum & factum & jus. Propterea solícite indagandum est, quomodo dicta testium, quoad negotii momentosiores circumstantias, coherant: quarum vel circa unam emergens singularitas graviter haud raro probationem vulneratura sit.

§. 10. PRIMO circa vel personam, vel illius statum & qualitatem, innumeris potest modis singulare testimonium existere. Circa personam, ut si unus dicat, Quintum, alter Aquilium vulnus lethale occiso intulisse. In quo casu si constet, testes diversas personas & quidem ejusdem cædis respectu intellexisse: manifesta est & contrarietas

tem involvit singularitas. Quod si diversas personas non tantum agentes, verum etiam patientes, sive diversa simul facta & homicidia respexerint; citra contrarietatem quidem singulares erunt: sed in uno facto conjungi non poterunt. At si testem utrumque singularem in unam personam confis-  
 sisse, & in solo nomine discrepasse, ex indubitatis appareat argumentis, ex quacunque causa illa discrepantia ortum traxerit, aliud statuendum esse videtur. Jam enim ex errore, puta si alteruter Aquilium falso Quintum appellari existimet, discordia ista profluxerit: (Cujusmodi error circa nomen emergens, dum de ipso corpore vel persona constat, testimonium vitare non potest. *arg. l. 32. § 65. ff. d. V. O. nec non per illa, quæ tradit Mantio. Dec. 138. n. 4.*) jam ipsa nominis mutatio singularitati ansam præbuerit: puta, si ille, qui ante Quintus appellabatur, deinde Aquilii nomen assumerit: qualem nominis mutationem, si nullius in fraudem redundet, libero homini permissam esse constat *ex l. un. C. de mut. nom.* Accedit, quod eadem persona plura nomina habere, idemque & Quintus & Aquilius dici potest. In quo postremo casu extra omnem controversiam ponitur, testes singulares conjungi. Circa statum personæ singu-

singularitas emerget: si e. g. testatorem tempore facti testamenti unus sui juris; alter in potestate patria fuisse, asseveret. Quod si testamentum à Sejo factum esse, patre vivente Primus, patre mortuo Secundus, eodem ab hostibus capto, antequam in captivitate decederet, Tertius perhibuerit: Omnes, qui singulares esse videntur, conciliandi rationem Tertius subministrat: cum fictione *legis Corneliae*, qui apud hostes decessit, statim atque captus est, mortuus esse censeatur. *l. 18. de capt. & postl.* Deinde circa qualitates personarum varie testes diffidere atque singulares evadere possunt. Sic Lucium unus sanum, alter ægrotum; unus virum bonum, alter vitiosum, unus Clericum, alter Laicum, unus militem, alter paganum, unus legitime natum, alter spurium; unus Italum, alter Germanum; unus senem, alter juvenem; unus ebrium, alter sobrium dixerit. Sic de Octavia unus, quod sit meretrix, alter quod sit foemina honesta, unus quod fuerit pulchra, alter quod fuerit deformis, unus quod sit dives, alter quod sit pauper, deposuerit: Sic unam eandemque personam unus pro privata, alter pro publica, unus pro nobili, alter pro plebeja, unus pro cognata, alter pro extranea venditaverit.

§. II S V

§. 11. SECUNDO loco circumstantia Quid, aliter atque aliter à testibus concepta ac relata, testimoniis subinde singularitatis speciem induit : sive circa ipsam objecti formam essentialem, sive circa ejusdem accidentia diffideant : ut si unus fundum sine domo, alter cum domo venditum ; unus contractum pignoris, alter emptionis cum pacto de retrovendendo initum ; Primus pactum nudum, Secundus contractum innominatum celebratum fuisse perhibeat : vel hic vas argenteum furto substractum tanti, iste majoris, ille minoris ponderis ; alius equum, de quo lis vertitur, magnum, alius parvum ; unus scortationem commissam, alter stuprum illatum, postremus adulterium perpetratum fuisse asseveret.

§. 12. PROXIMVS ab objecto locus, inter circumstantias, agentium intentioni finique debetur, qui ipso objecto, si actiones elicitas & internas respexeris, videtur esse potentior : cum à fine omnis actus interior formalem speciem habeat. vid. *Thom. 1. 2da qu. 18. art. 6.* Unde, ut idem ex Aristotele notanter repetit, ille, qui furatur, ut adulterium committat, est magis adulter, quam fur. Certe hujus circumstantiæ tantæ sunt vires, ut possit nunc actus suapte natura malos in bonos convertere,



vertère, quod in cæde hominis ad defensionem  
 permiffa, manifestum est; nunc bonos transfor-  
 mare in pessimos; nunc indifferentibus vel con-  
 ciliare decus, vel labem & reatum adspargere. Ad  
 hoc ex contrahentium intentione sunt eorundem  
 verba declaranda. Intentio agentium actibus nor-  
 mam præstituit, ultra quam non operantur; &  
 ratione ac fine deficiente, deficit effectus, cessatque  
 omnis dispositio. Cum vero unius rei plures da-  
 ri fines queant, agentes sæpe non una sola ratione  
 moveantur; & finium plura sint genera, e. g. alius  
 sit primarius, alius secundarius, alius ultimus, alius  
 intermedius, alius proximus, alius remotus, alius  
 internus, alius externus; ad hoc fallacia sæpe in-  
 dicia existant, ex quibus agentium intentio collig-  
 gitur: longe evidentissimum est, circa hanc cir-  
 cumstantiam facile ac varie testes in sententias ac  
 depositiones seu vere, seu apparenter singulares  
 distrahi posse. Talis est singularitas, si testium  
 unus, celebratum esse contractum do, ut des, alter  
 contractum do, ut facias, perhibeat; si unus, Ti-  
 tium possidere domum, ut propriam, alter ut  
 communem dicat; si unus prædium possideri ab  
 Aquilio ut domino, alter possideri ab eodem ut  
 usufructuario asseveret; si unus, quod Sempro-

D

nius

nus rem possideat ut dominus, alter ut creditor, testetur: Farinac. *d. q. 64. n. 8. § 18.*

§. 13. QVARTO circumstantia loci singularitati sic satis subinde notabili materiam præbet: five circa locum ipsum; five circa illius accidentia & conditiones testes inter se discrepent. Sic esto Primum, de Titio quod in propria sua domo, Secundum, quod extra domum in loco privato, Tertium, quod in loco publico verberatus sit, deponere: quorum primum & ultimum longe secundo est gravius. Esto unum, quod res è loco profano sit sublata; alterum, quod eadem ex sacro sit surrepta, affirmare: unum sub pino, alterum sub schino aliquid actum esse, cum testibus Susannæ testari. Esto perhibere unum, quod ager sit in una parte territorii; alterum, quod idem sit in altera: unum dicere ante, alterum retro, hunc sursum, istum deorsum; illum sinistrorsum, alium dextrorsum; quas differentias ex *Petr. Anton. de Petra tract. de fideicomm. qu. 12. n. 887. § seqq.* repetit Farinac. *in d. tract. d. test. qu. 64. n. 21.*

§. 14. QVINTO notanda est loco illa singularitas, quæ circa causam vertitur instrumentalem. Instrumentorum varia est conditio. Quædam ipsa natura, alia ars comparavit. Hæc paci, illa

illa bello ; hæc usibus sacris , illa profanis inserviunt. Alia sunt animata , alia inanimata ; alia irrationalia , alia rationalia. Minime vero mirandum est , pro diversa mediolorum & instrumentorum conditione , ipsum subinde factum aliam atque aliam speciem induere ; & nunc gravius , nunc levius pondus habere : cum ex mediis & instrumentis ipse utentium animus non raro pateat ; & nunc majus damnum inferatur , nunc exquisitior dolor consequatur. Quod observat Dn. Unversærth. *in Pæd. Jurisprud. universal. cap. 16. §. 15.* Proinde non exigui momenti est illa singularitas , si testium unus Aquilium lapide , alter baculo , tertius ferro occisum esse ; unus vim armis , quæ publica est §. 8. *J. de publ. Judic. l. 1. 3. 5. 10. 11. & ult. ad Leg. Jul. de vi publ.* alter vim sine armis , quæ est privata §. 6. *Inst. dict. tit. commissam esse , edisserat : si unus furem per fores à se effraclas aut clave adultera apertas , alter patentes , aut per foramen unum apertum intrasse dicat ; unus culpa mulionis , alter impetu quadrupedis contra naturam generis sui commotæ damnum datum esse perhibeat. Cujus differentie momentum in l. 1. si quadrup. Pauper. sec. dic. exponitur.*

§. 15. PORRO circumstantia modi ita est

D 2

com-

comparata : ut nunc ex optimo fine suscepta corrumpat ; nunc eximum decus peculiaremque gratiam honestis, graviolem foeditatem ac horrorem pravis conciliet ; nunc per se indifferentia in alterutram partem, bonam vel malam, rapiat : ad hoc non raro veniam pariat labenti, arma reo ministret, & immutet rerum effectus. Cum vero tanta sit modorum varietas, ut hos nullus possit enumerare ; & pro diverso considerandi modo eandem saepe actionem diversi circumstant : minime mirandum est, circa hanc facillime circumstantiam, testes distrahi posse in iudicia ac dicta maxime diversa. Ita testes erunt singulares : si Primus actionem ex errore, Secundus ex ignorantia, Tertius ex dolo, Quartus ex metu, Quintus ex iracundia vel alio vehementiori affectu, Sextus ex deliberato animo susceptam esse dicat : si unus Titium sponte, alter fraude, consilio, precibus, svasu aliorum inductum hoc vel illud egisse, testetur. Si hic Aquilium veneno, ille gladio peremptum ; hic Sempronium in manifesto duello, ille in itinere ex insidiis interfectum esse ; Hic Lucium alterius culpa, iste Tertii dolo, ille casu peruisse perhibeat. It. : si unus aliquid pure, alter sub conditione promissum ; unus furtum ma-  
nife-

nifestum, alter non manifestum esse; unus desponsasse Mevium filiam sedentem, alter stantem; unus quod Sejus percusserit, vel quid fecerit; alter quod voluerit percutere, vel quid facere; unus quod Cajus fuerit provocatus & invasus à Servio, alter quod Cajus & Servius simul impetum fecerint; unus stipulatione, alter pacto nudo promissum quid esse, asseveret. vid. Farinac. d. qu. 64. n. 8. 15. 16. 17. 18.

§. 16. SUPEREST circumstantia temporis, sive ipsum tempus, sive temporis accidentia respicias. Contingit autem circa istam singularitatem; si testes diversos annos vel dies diversasve ejusdem anni vel diei qualitates designent. Ut si unus Lucium 14. ætatis annum complevisse; alter non complevisse; unus testamentum illo tempore, quo miles in acie vel castris fuit; alter cum idem in hybernis degeret, factum esse: unus homicidium vel stuprum die sacro commissum; alter idem die profano perpetratum esse dicat. Item, si unus, quod Titius fundum per 9. annos, alter, quod per 10. eundem possiderit: si Primus ante bellum, Secundus in bello, Tertius post bellum aliquid actum esse: si unus furtum tempore nocturno, alter tempore diurno commissum esse; si ædifici-

D 3 um



um, unus per longum, alter per breve tempus, stetit, testetur.

§. 17. CAETERVM relicta jam singularitatis materia, ad illius divisionem progredior. *Lanfranc.* illam in *subjectivam*, *adminiculativam*, & *abstractivam* dispescit, in *Commentar. ad cap. dispendiosam in Clem. de judic. n. 22.* *Subjectivam* singularitatem in illis testium dictis apparere statuit, qui deponunt aduersa unum totum concernentia; sic forte non incongrue dictam, si solum respicit totum universale, sive genus, cuius respectu species partes *subjectivæ* dicuntur: tamen si, quo major constet divisioni perfectio, ad totum quoque quantitativum & potestativum hæc prima singularitatis species extendenda esse videatur: quandoquidem & hæc ipsa *Dd.* aliquando ut genera abusive, concipiunt; & cum toto universali confundunt. *Adminiculativam* singularitatem in illis testium dictis contingere opinatur, qui idem per diversa concludendi media confirmant: ut si respectu ejusdem rei, unus de visu, alter de auditu, tertius de confessione deponat. *Adminiculum*, à quo hæc singularitatis species denominationem trahit, cum varias significationes in *LL.* admittat, & nunc pro jure, ut in *l. 7. §. ult. ff. de petit. heredit.*

nunc

nunc pro juris remedio, ut in *l. 16. C. de appell. l. 39. §. curatores ff. de admin. & pericul. tut.* nunc pro accessione ex persona auctoris in *l. 13. §. 1. de acqui- rend. possess.* nunc pro ipsa probatione in *l. 21. C. de probat.* sumatur: tum propriissime fulcimentum & quidem tale hoc in loco denotat, quo probatio per se debilis & vacillans sustinetur, firmatur ac perficitur. Ita à Bald. definitur vehemens adminiculum, quod sit suppletio defectus probationis in *l. 7. C. de accusat.* Consistit autem, si *Lanfranco* fidem habemus, in illo singularitatis hujus adminiculativæ vis, non ut testes conjungi possint, & conjuncti plene probent: sed ut illorum dicta, quæ alias ne semiplenam quidem probationem factura essent, in hanc, ita sibi invicem adminiculantia evalescunt: ut deferri possit juramentum in probationis supplementum. Per *abstractivam*, si vim vocis consideres, *Lanfranc.* omnem singularitatem, quæ ab illo facta, de quo contestes deponunt, prorsus abstrahit, adeoque solam illam, quam *Dd.* Diversificativam vocant, denotare; sin effectus, quas illi tribuit, respicias, præcipue ob- stativam intelligere videtur: quando quidem omnem probandi vim simpliciter huic abrogat, quæ diversificativæ universim denegari vix potest.

Quod

Quod si obstativam alio respectu abstractivam dicit, quatenus nempe cum aliis testium dictis coniungi non potest: fortassis & sic adminiculativæ eadem denominatio conveniret. Esto vero obstativam congrue dici abstractivam, eo respectu, quod ab aliis testium dictis penitus abstrahenda sit: tum quod nullo modo ad ea se referat, tum quod nullum illis præbeat adminiculum: Adhuc proposita divisio mutila erit, & suis premetur incommodis, quod diversificativam, cuius, quam ex Lanfranco descripsi subjectiva species quædam est, non emetiatur.

§. 18. ALII singularitatem in obstativam & adminiculativam partiuntur: quam divisionem merito *Habnii* ut in adæquatam rejicit, & in illius locum trimembrem surrogat, communiter à *Ddbus*, qui obstativæ & adminiculativæ tertiam speciem, diversificativam adjungunt, traditam. Quam aliis accuratius hunc in modum exponit: *Obstativa est sive contraria, aut repugnans, que continet in se testium contrarietatem, ut in testibus Susanna. Arguebatur enim hæc de unico saltem adulterio, quia Senes illi testes dicebant se non Susannam pluries in adulterio vidisse, sed tantum semel & tamen variabant in loco, quia unus dicebat, se sub pirno,*



pirno, alter sub schino vidisse. *Adminiculativa*, sive *adminicularis*, alius *cumulativa*, quæ non continet contrarietatem, sed licet id fiat per diversa media, ad eundem finem, tendit & convenit in effectu, ut si unus deponat de numeratione pecunie, alter de confessione, unus de una confessione, alius de altera; unus de visu, alter de auditu &c. vid. d. Lugo d. sect. 2. 18. post Sanchez ibi cit. *Diversificativa* rectius *subalterna*, quando testes deponendo de diversis inducunt diversitatem in re, in effectu & in substantia, ut si in probando eo, quod centum sint mutuo dati, testes alii dicant de mutuo facto in uno loco & certo tempore, alii autem in loco & tempore alio.

§. 19. AN vero recte Habniius & quo respectu subalternam appellet singularitatem, quam communiter Dd. diversificativam vocant, primo intuitu alicui subobscurum videri possit. Equidem cum duplex sit termini hujus significatus ususque, quorum alter genera inter summum genus & speciem infimam collocata respicit, quæ subalterna dicuntur: quod diverso respectu nempe inferiorum, ut species, superiorum, ut genera concipi queant; alter ad propositiones ejusdem qualitatis, eodemque cum subjecto, tum prædicato constantes, quarum altera est universalis, altera

E

parti-

particularis, refertur : neutro modo videtur hæc singularitatis species subalterna dici posse. Certe non primo sic dicitur, quasi diverſo reſpectu, ut genus & ſpecies concipi poſſit ; nec prima ſpecie ſecundo, cum hujusmodi ſingularitas non propoſitionem univerſalem, quæ ſubalternans dicitur : ſed duas pluresve particulares ſive ſubalternatas formaliter & explicite contineat : ut vel ex ipſo exemplo ab Hahnio propoſito clarius elucet. Finge enim dicere Primum, Titius anno 1690. Londini mutuum fecit : Secundum, Titius 1691. Amſterdami mutuum fecit ; Tertium, Titius 1692. Hamburgi mutuum fecit : quis dixerit has propoſitiones ſubalternatas eſſe ? cum particulares exiſtant, inter quas nulla ſubalternatio datur. Quæ quamvis ita ſint : tamen, ut Hahnium tuear, obſervare operæ pretium duco : hanc teſtium ſingularitatem ſaltem virtute ſubalternantem involvere : cum ex tribus illis particularibus propoſitionibus hæc univerſalis conſurgat : Titius hæc omnia mutua fecit. Eſt autem eo notabilis hæc denominatio, quod ex eadem ſingularitatis hujus viſi haud obſcure appareat. Quippe cum illa ſit enunciationum ſubalternarum conditio, ut ex veritate ſubalternantis, ſubalternatarum veritas ſequatur :

tur : tantum abest, hanc singularitatem subalter-  
nam testium dicta evertere : ut si iudex ex his pos-  
sit universalem & subalternantem firmiter inferre :  
illa non leve sit momentum, ut mox videbitur, ad  
probationem allatura.

§. 20. TAMETSI vero hæc trimembris Dd.  
divisio variam singularitatis indolem utcunque e-  
volvere ; & sic satis evidenter explicare videatur ;  
mihi tamen ad aliam & accuratiorum partitionem  
enifuro liceat vel in ipso conatu succumbere. Quo-  
niam vero in hac ipsa memorata Dd. vestigia pre-  
mo, & ex supra explicatis divisioni proxime se-  
quenti clarissima lux affulget : eandem, minime  
operosa explicatione indigentem, brevissime pro-  
posuisse suffecerit. Censeo autem (1) singularita-  
tis species ad duo summa genera revocandas esse :  
illamque simplicissime in diversam & contrariam  
dispecco. (2) Diversa vel distinctas res, atque  
alia media, seu diversos probandi modos respicit :  
quarum illam *realem*, hanc *modalem* forte non in-  
congrue dixeris. Hæc est illa, quæ à Ddbus ad-  
miniculativæ singularitatis nomine denotari con-  
suevit, quam supra satis exposui. Illa (3) subdi-  
videnda esse videtur in *subjectivam* & *non subjecti-  
viam*. Prior abunde est ex Lanfranco declarata :

E 2

qualis

qualis emergit, si de actus successivi momento uno testium unus, & de momento altero testium alter dicat; It. si à testibus totum per diversas partes, ut possessio fundi, ab hoc per receptionem frumenti, ab illo, per receptionem vini, probetur. Posterior *non subjectiva* (4) ita porro comparata est, ut nunc simul *contrarietatem involvere*, adeoque ad contrariam reduci posse videatur, nunc *ad hanc revocari nullo modo queat.* (5) *Contrariam in apparentem & veram* distingvo: cum subinde testium dicta *contrarietatis speciem induant*, quæ minime inter se pugnant, sed facili negotio, dummodo plene & secundum omnes conditiones examinentur, conciliari valent. Talis *contrarietas in illis singularium testium dictis apparet*, (1) qui per alia verba, quam testes deponunt: (2) qui ab istis in modo facti narrandi discrepant: (3) qui diversas ab his causas & rationes scientiæ reddunt: (4) qui cum in illis, quæ ipsam negotii substantiam concernunt, testibus sint consonantes, in re exigui momenti, & circumstantiam vel qualitatem accessoriam respiciente, ab iisdem dissentiunt. Adeo autem hujusmodi *contrarietas non tollit fidem testibus*, ut etiam eorum testimonium reddat credibilius: Monticell. *in repert. testium*

*testium rubr. Contrar. test. an & quand. fid. fac.*  
*Mascard. de probat. lib. 3. Conclus. 1361. num. 5. Ant.*  
*de Buttr. in c. 2. post. gloss. X. de iurejur.* Denique  
 (6) vere contrariam singularitatem in formalem  
 & virtualem dispartiri lubet. Illa est, quæ actu  
 in se continet contrarietatem: hæc, quæ virtute  
 & potentia. Quippe Dd. etiam illos pro singula-  
 ribus & contrariis testibus habent, qui tales esse  
 possunt: Gabriel *tit. de test. libr. 1. Concl. 2. n. 13.*  
 Alexand. *Conf. 82. n. 3. lib. 1.* Corn. *Conf. 282. num.*  
*18. Bald. in l. fin. n. 34. C. de Edict. div. Adrian. tol-*  
*lend. Bartol. in l. 27. num. 29. ff. de usucap. ubi tale*  
 proponit contrarietatis virtualis exemplum: Si  
 testes dicant, vidimus actorem possidere per tem-  
 pus 10. Annorum. Potuit enim esse, ut vel unus  
 testis de aliquibus 10. Annis, alius de aliis senserit;  
 & sic probatio nil relevaret.

§. 21. Post singularitatis naturam, cau-  
 sas & species utcunque consideratas: ad ipsos pro-  
 gredior effectus, quorum in hac materia practica  
 præcipua habenda est ratio; & quicquid hujus o-  
 peræ reliquum est, in testium singularium fide ex-  
 cutienda consumam. Quam alii nullam, alii ma-  
 jorem minoremve, pro diverso singularitatis ge-  
 nere, variaque circumstantiarum ratione, judici

E 3

facere

facere apti sunt. Circa singularitatem obstativam & vere contestium dictis contrariam, sive formaliter, sive virtualiter talis existat, sequentes, quas Dd. suggerunt, observandæ sunt regulæ: Quarum (1) quod testes hoc modo singulares non probent, nullamque faciant fidem; in omni jure, nempe naturali, Gentium, Divino, Canonico, Civili scripto & non scripto est citra controversiam fundata. Certe (1) Jus naturale non patitur: ut singulari testi, qui contestibus contradicit, fides habeatur, sive collidatur cum pluribus, sive cum uno. Quippe in illo casu vincitur numero, qui cæteris paribus prævalet: cum testes plures præferendi sint paucioribus *c. 32. X. de test. l. 21. §. si testes ff. eod. & pro eorundem numero, certitudinis moralis, quam gignunt, gradus augeri videantur. In hoc vero casu non minus Testis contrarii enunciatione evertitur, quam ejusdem nervum elidit. Equidem cum duo contradictoria simul vera esse non possint; adeoque testium alterutrum falsâ prolocutum esse oporteat: tum judici non potest non obsecurum esse, uter sit maxime falsâ professus. Itaque tenetur utrumque suspectum habere & neutri fidem impertire. (2) Cum judicia sint facta humano & ipso jure Gentium constituta. vid. Grot.*

de

de Jur. bell. & pac. lib. 1. c. 3. §. 1. n. 2. & ibi Simon Ziegler, Osiander; exerceri non possint, nisi iudex in causæ cognitionem perducatur, sive per certas rationes & instrumenta incorrupta, sive per testes: Pufend. de Jure Nat. & Gent. lib. 5. c. 13. §. 9. Poterit quidem iudex secundum testimonium efata, sed non alia, sententiam ferre, quam quæ ad fidem faciendam sint idonea. (3) Quod si Jus divinum, sanctissime jubens exerceri judicia, unius testimonium rejicit. Num. XXXV. 30. Deut. XVII. 6. & cap. XIX. 15. eo quod unus facilius decipi, corrumpi, & mentiri possit, quam plures: multo magis testem singularem aliis contradicentem rejecisse putandum est, quem deceptum vel mentitum esse maxime est probabile. (4) Manifesti sunt Juris Can. textus c. 23. & c. 32. X. de elect. nec non t. 9. X. de probat. quibus memorata regula firmiter innitur. (5) In jure Civili scripto, quamquam verbis expressis hæc regula non contineatur, textus tamen occurrunt generales, ex quibus constat, naturalem esse inter contraria pugnam, qua omnis illorum vis eliditur l. 7. & l. 188. ff. d. R. f. l. 30. pro soc. l. 1. C. de furt. & dicta regula per bonam consequentiam inferitur. Denique jure non scripto & consuetudine eandem stabiliri, communis

munis est Doctorum sententia, quos citat Gall.  
*lib. 2. Obs. 66. n. 10.*

§. 22. VERVM quemadmodum nulla facile regula adeo universalis est, ut nullam exceptionem patiatur: Ita & hæc, de qua jam agitur, unam vel alteram limitationem admiserit. Et quidem, si ex indubitatis indiciis constet testium contrariorum alterutrum vera dixisse; nec illius dicta per singularitatem hanc everti, nec omnem illi denegandam esse fidem existimo: licet Dd. quos citat Farinac. *dict. q. 64. n. 304. & seqq.* ab hac sententia prorsus alieni esse videantur. Quod enim ponunt, testi singulari, nobili, probata fidei & verisimilia deponenti iudicem fidem adhibere posse: illud nullum in singularitate obstativa locum habere contendunt, tum quod ubi adsit hæc singularitas, ibi adsit unitas, tum quod data in testibus contrarietate, ibi etiam detur falsitas; adeoque hæc singularitas nec ex numero, nec ex dignitate suppleatur. Verum his non obstantibus, (1) provoco *ad l. 13. ff. de probat.* ex qua constat, quod, si testes sint contrarii, illi fides habenda sit, qui credibilia dixerit. (2) Si in dubiis verisimiliora & minus obscura sequi præstat, *l. 114. ff. de R. J. l. 38. §. 1. de Re judic. ff.* quam litem indecisam relinquere:



quere : quanto tutius Judex illum sequi testem  
 potest, pro quo indubitata militant argumenta.  
 Equidem (3) quanta indiciorum indubitatorum  
 & luce clariorem ad probandum vis sit *ex ult. C.*  
*de probat. l. apparet* (4) Ipse *Farinac.* fatetur, ab  
 arbitrio judicis hoc ita pendere : ut possit, si velit,  
 singulari Testi ex justa causa fidem habere, *dict. qu.*  
*64. n. 31.* (5) Si producerem 4. testes, quorum  
 duo negant, duo affirmant, & sint paris dignita-  
 tis : tamen si ab altera parte stet verisimilitudo,  
 non se mutuo elidit, sed credendum esse verifi-  
 miliora deponentibus. *Gloss. in l. 14. Et ibi Sicbard.*  
*C. de fid. instrument. testatur.* Similiter in casu præ-  
 sente, in quo eadem ratio militat, duo testes singu-  
 lares non se mutuo elident : sed ille fidem faciet,  
 cujus effata indubitatis argumentis innituntur. (6)  
 testibus negotio aptiora & verisimiliora deponen-  
 tibus magis creditur, quam contrariis, etiam nu-  
 mero pluribus *l. 21. §. 3. ff. de test. c. 32. X. eod.* Quod  
 multo magis in pari numero procedit. Esto igitur  
 alterutrum testium dignitate notabili præcelle-  
 re, quæ ipsi auctoritatem notabilem conciliet ; esse  
 negotii, de quo quaritur, peritissimum ; ad hoc  
 rationem reddere dicti sui necessariam, & ex qua  
 lux veritatis clarissima judici affulgeat : an eodem

F

loco

loco habendus erit, quo testis contrarius, qui vilis-  
 simæ conditionis & non satis informatus est, ad  
 hoc inepta profitetur; & quæ vel naturæ non con-  
 veniunt, vel ab indole contractus sunt aliena vid.  
 Nellus *in tract. de test. n. 201.* ex quibus vel ignoran-  
 tia vel error & falsitas manifesto reluceat. Ratio-  
 nes ex *Farinac.* pro contraria Dd. sententia supra  
 propositæ facile possunt refelli. Ad (1) quod ubi  
 adsit hæc singularitas, ibi quoque adsit unitas, Re-  
 spondetur: in hac exceptione non plus tribui testi  
 singulari, quam uni, qui si omni exceptione major  
 sit, semiplenam probationem facit, quæ possit ju-  
 rejurando suppleri, vel per alia adminicula in ple-  
 nam probationem evalescere. Accedit, quod a-  
 liquando etiam unus testis plene probare censea-  
 tur: ut artifex, cui uni, si plures haberi nequeant,  
 in arte sua credendum est. 2. Nuntius publicus,  
 de illis, quæ ad ipsius officium pertinent, depo-  
 nens. 3. qui à civitate electus merces ponderare  
 solet; & in aliis casibus, quos enumerat Umm.  
*Disp. 18. n. 3.* Ad 2. rationem, quod ubi datur con-  
 trarietas, ibi etiam detur falsitas, regeritur: non  
 ibi tam ex utraque parte dari falsitatem, quam fal-  
 sitatis periculum & præsumptionem, quam ipse  
*Farinac.* in una parte, per alia indicia, qualia sunt  
 depo-

deponentium dignitas vel peritia, dictorum verisimilitudo, rationes à testibus redditæ & similia, cessare & excludi posse fateatur *qu. 65. n. 3.* Ad 3. quod in calu proposito singularitas non ex numero, nec ex dignitate suppleatur, reponitur, illam indiciis indubitatis, certis & luce clarioribus *l. ult. C. de prob. l. 19. ff. de rei vind. vel jure procius l. 15. ff. de jure dot. apertissimis rerum argumentis l. 3. §. 4. ff. de suspect. liquidis, manifestis, evidentissimis manifestissimisque rationibus l. 2. ff. de in lit. jurand. l. 14. in fin. de contrab. stipulat. l. 34. §. 3. de legat. 1. l. 17. in fin. ff. de manum. testam. suppleri posse.* Quæ longe gravius pondus habent, quam numerus, ad quem *l. 21. ff. de testi. respicere vetat,* & dignitas, cui plurimam possunt autoritatem detrahere.

§. 23. DEINDE regula proposita exceptionem admittere videtur: si unus testis contradicat duobus, dummodo adsint illa requisita, quæ in præcedente quaestione expressi, cum testium autoritas multitudini præferenda sit, *vid. d. l. 21. ff. de testi. & cap. 32. ibique Dd. & Glossa X. eod.* Quamquam rarius contingat, ut unum minus errasse, quam duos, manifestum sit. Quod si vero judici ex luce clarioribus indiciis constet, testem singula

gularum solum vera dixisse : an huic fidem detrahet evidentis falsitatis communitio, in quam reliquos duos contestes, seu imperitia & error, seu dolus pertraxit ? nec obstat gloss. *in dict. cap. 32. X. de test.* dum statuit, quod si unus testis contradicat pluribus, talis contrarietas non obstat, cum dictum testis unius non probet aliquid. Resp. enim, sufficere : quod unus testis semiplenam probationem facere possit, duo vero contrarii testes, quorum falsitas ex manifestis indiciis apparet, nullam prorsus fidem obtineant. Ad hoc restringi potest hæc exceptio ad illos casus, in quibus unus testis plene probare existimatur. 3. Regula proposita exceptionem patitur : si testis singularis in specie, contrarii vero testes in genere deponant. *Franc. Curt. in tract. de test. Conclus. 7. § 19. n. 40.* Quia ex speciali depositione simul & veritatis lux & contestium falsitas judici affulgere potest : ut si duo vulnus Titio inflictum lethale fuisse in genere negent : Unus idem corde susceptum non potuisse non Titii fata maturare, asseveret. 4. Testi singulari non omnis deneganda fides est, si ille notabili dignitate præfulgeat. *c. 32. § ibid. Dd. X. d. test.* Magnum quippe supplementum est autoritas in testibus : Ideo pauci nobiles multis rusticis præferuntur,

runtur, & pauci Cardinales multis pannofis Clericis; & pauci omni exceptione majores multis suspectis. Franc. Curt. *in dict. tract. Concl. 16. n. 35.* Hinc etiam magis creditur Doctori, præcipue in causa sui Scholaris Bald. *in l. Memini C. de Advocat. divers. judic.* & Alexand. *in l. de mora ff. de Jur. Fisc.* Magis creditur seniori, quam juniori *l. 5. ff. de jur. immunitat.* Ingenuo, quam libertino, viro quam foeminae *l. 9. ff. de stat. hom. l. ult. C. de fid. instrum.* diviti, quam pauperi *l. 3. ff. de test.* Mynsing. *obs. 38. cent. 4.* Verum hæc ita temperanda sunt, ut non obtineant: si testis dignior honestate & morum gravitate contestibus cedat, ex qua præcipua testium autoritas metienda est. *l. 2. § 3. ff. b. t.* Ita ut eadem super omnia alia accidentia fidem faciat, Franc. Curt. *dict. concl. 16. n. 36. s.* Testis singularis, qui deponit pro reo, præferendus est testi, qui contra eundem deponit: Quippe data paritate testium hinc inde contradicentium reus absolvendus est, per Glossam *in dict. c. 32. X. de test. c. 3. X. de probat. c. 6. in fin. X. de fid. instrum. l. 38. ff. de re judic.* Et semper, quicquid dubium est, humanitas inclinatur in melius. Senec. *Epist. 11.* Jacob. Ægid. *in tract. de prob. test. n. 38.* excepta causa matrimonii, liberali, *l. libertas de R.*

*J. & d. l. 38. ff. d. re judic. Testamenti l. 10. de in-  
officio test. & dotis Jacob. Butrigar. in tract. de test.  
n. 5.* Quod non tantum in civilibus, sed etiam in  
criminalibus locum habet; in quibus magis, cre-  
ditur testibus delictum affirmantibus, quam ne-  
gantibus, Corrad. in *Pract. rubric. de test. assumpt.*  
Ita minus creditur testibus Fisci, quam aliis Ro-  
land. *Conf. 57. n. 48. & 49. libr. 4.* magis testi, de-  
ponenti homicidium casu commissum, quam do-  
lo: Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 496. n. 4. 5. &  
16.* 6. Testi singulari affirmanti non omnis fi-  
des subtrahenda, si contrarii negative deponant:  
puta quod nesciant, vel non viderint: quemad-  
modum plus creditur duobus affirmantibus,  
quam mille negantibus: Mynsing. *dict. obs. 38.  
Cent. 4.* cum privationes & non entia haud sint len-  
suum objecta; & qui ita deponit, tanquam igna-  
rus deponat. Nellus in *tract. de test. n. 211.* Fallit  
tamen hoc 1. in negativa coarctata loco & tempo-  
re; 2. si testis affirmans sit imperitior; 3. in causa  
criminali; 4. si negantes reddant causam, affir-  
mans vero causam non reddat. Franc. Curt. in *dict.  
tract. concl. 16. n. 55.*

§. 24. REGULA II. est, quod testes singu-  
lares, contestibus contrarii, minus probent, quam  
unus,

unus. Unde *Capoll.* hanc cautelam producenti  
 suggerit: ut quos producere vult, prius interro-  
 get an sint contestes, vel singulares? Cum si eos  
 reperiat singulares, magis expediat examinare u-  
 num, quam plures: *Cautel. 152. Dec. in cons. 184.*  
*n. 8. Baldus in l. 9. C. de test. Franc. Curt. in d. tr.*  
*n. 178.* Regula III. hæc sit: Testis singularis con-  
 testibus contradicens non facit semiplenam pro-  
 bationem. Regula IV. nec facit locum juramen-  
 to suppletorio. Hahn. *ad VVesenb. dict. loc.* Reg.  
 V. similiter idem non facit indicium ad torturam:  
*Foller. in pract. Crim. in verbo item quod sororem*  
*venenavit n. 13. & seqq. Farin. in Pract. Crim. lib.*  
*1. tit. 5. qu. 37. n. 33. & seqq.* Denique *Aretin. in*  
*Conf. 71. column. penult.* statuit, eundem puniri  
 posse ut falsum. Quanquam verò hæc sententia  
 merito ab aliis explodatur; eo, quod non con-  
 stet, quis ex testibus verum aut falsum dixerit: ta-  
 men non dubitandum est: quin testis singularis  
 contestibus contradicens, quod regulæ VI. loco  
 notandum est, de falso suspectus sit, & si falsi con-  
 vincatur, etiam puniri possit. *Nellus in tract. de*  
*test. n. 109. Bart. in l. Eos. n. 9. ff. de fals.* Quæ qui-  
 dem regulæ circa obstativam singularitatem alla-  
 tæ, cum in prima vel involutæ lateant, vel ex pri-  
 ma

ma consequantur ; & ex eadem in omnes partes jam versata quantum sat est lucis nanciscantur ; ad hoc iisdem exceptionibus pateant, quibus illa restringitur : operosa atque diffusa declaratione non indigent.

§. 25. PROINDE ad adminiculativæ singularitatis effectus propero : quatuor istos regulis adumbraturus. Primo quidem tantum abest, huic singularitati omnem fidem subtrahendam esse, ut illa non leve pondus habeat, & faciat adminiculum vehemens : à quo, ut supra dictum est, denominationem traxit. Quis enim negaverit, longe diversam esse singularitatis hujus ab obstructiva conditionem ? Finge duos esse testes singulares & contrarios : unus alterius effata enervabit. Finge unum testem de veritate negotii, alterum de confessione deponere : unus alterius dicta non evertet, sed adjuvabit ; & licet cum isto ad plenam probationem inferendam non conjungatur, majus tamen illi pondus conciliabit, tum quod sibi hi duo invicem adminiculantur, tum quia ad eundem finem tendunt. Quippe revera in nulla materia mundi dicuntur singulares, ubi conclusively idem dicit unus testis, quod alius, ut ex Bald. *in l. 1. C. de sent. que pro eo quod interest.* repetit Franc. Curt.



Curt. in dict. tract. concl. 46. n. 92. II. Notandum est, quod hæc singularitas adminiculativa regulariter semiplenam probationem faciat. Esto unum testem de numeratione, alterum de confessione deponere: plenam probationem non facient, cum unus deponat de visu, alter de auditu; adeoque hi testes, ut in sensu & sensato differentes, conjungi non possunt. Felin. ad cap. 47. X. de test. n. 2. Interim si unus testis omni exceptione major, cui nullum præsidium afferunt, quos non habet contestes, semiplene probat: cap. 3. X. de procurat. Umm. disput. 18. ad process. num. 2. quanto magis illud testi singulari, quem adjuvant contestes; & pro quo hujusmodi vehemens adminiculum militat, tribuendum? III. Quod ex Regula præcedente sequitur, testibus singularibus, qui sibi invicem adminiculantur, & licet per diversa media, tamen ad eundem finem tendunt, juramentum suppletorium deferri potest. Felin. dict. num. 3. Lanfranc. dict. loc. Hahn. ad Vvesenb. dict. num. 6. Denique IV. observandum est, quod aliquando isti plus quam semiplene probent, pro judicis arbitrio arg. l. 26. §. 2. ff. de pos. Hahn. d. loc. cum hoc adminiculum nunc gravius, nunc levius pondus obtineat: prout judicis animum plus minus-

G

ve,

ve, ad præsumendum seu indubitanter credendum, movet. *Farin. d. quest. 64. n. 113.* *Mynsing. obs. 76. Cent. 3. num. 6.* Adeo ut *Francisc. Curt.* asseverare videatur, posse etiam hujusmodi testes conjungi, conjunctorumque testimonia, si singuli templene probent, in plenam probationem evalescere. *in dict. tract. conclus. 93.* *Bald. dicit in l. Per hanc C. de tempor. appellat.* per diversa genera Probationum, unam perfectam fieri probationem, si sibi ad invicem consonent, & per consonantiam sint conjuncta; quia ex multis consonantiis formalis intellectus augeatur, quem allegat & sequitur *Mynsing. Cent. 2. obs. 20.*

§. 26. CIRCA subjectivam singularitatem, quæ ut supra ex *Lanfranc.* traditum est, in illis testium dictis apparet, qui deponunt adversa, unum totum concernentia, hæc una tenenda est regula: quod illa non impediatur probationem testium; testesque per illam distracti conjungi possint, atque conjuncti plene probent. Ita aliquem esse hereticum probant testes singulares, quorum unus dicit, quod audiverit illum negantem incarnationem: alius testatur, quod audiverit eundem negare resurrectionem: *Bald. Conf. 207. & Conf. 465. num. 7. lib. 4.* *Rim. Jun. Conf. 7. num. 27. lib. 1.*  
Alex.

Alex. *Conf.* 1410. num. 2. libr. 1. Probatur solutio decimarum, & fundum esse decimalem, si unus vidit folvere vinum, alius hordeum, alius olivam pro decima talis campi. Mascard. *concl.* 483. *in pr.* Cald. *conf.* 171. *vers. idem de probat. fund.* Gem. *Conf.* 117. Item si agatur de transitu navium in genere per certum locum, fidem faciunt testes singulares. Alex. *Conf.* 72. libr. 1. *Conf.* 112. libr. 4. *Conf.* 92. libr. 5. *Conf.* 141. & 148. libr. 7. Similiter jurisdictio, possessio, servitus, quodvis negotium connexum & omnis actus successivus per testes singulares probatur: cum ad probandum unum integrale sufficiat probare ejus partes, Gail. *observ.* 66. num. 11. vid. & Covarruv. *variar. resolut.* libr. 3. cap. 3. num. 5. Item Card. Tusch. *Tom.* 8. *Concl.* 265.

§. 27. PORRO quod illam diversificativæ singularitatis speciem attinet, quæ subjectivæ opponitur, (qualis e. g. in illis testium dictis apparet, quorum unus dicit de mutuo facto in uno loco & certo tempore, alius de mutuo contracto alio loco & tempore: ) circa illam, unam ex *Farinacio*, quod testes diversi singulares tantum probent, quantum unus; duas ex *Habnio* regulas attulisse suffecerit; quarum una est, quod testes hac singula-

gularitate subalterna distracti, cæteris nempe paribus, si unus ex his sit omni exceptione major, semiplene probent: altera, quod iudex non facilis esse debeat ad deferendum exinde iuramentum *in Not. ad Vvesenb. dist. num. 6.* Tametsi vero hæc traditæ ab Hahnio Regulæ sat firmo stare talo videantur, perperam tamen cum illo ad *Gailii* consensum hic provocaverim, vel *Covarruvium 3. variar. resolut. cap. 3. & Menoch.* dissentientes allegaverim. Cum hi in locis allegatis de subiectiva singularitate agant. Idcirco Gail. autoritas his Regulis, quas singularitati non subiectivæ attemperavi, pondus non affert: Reliqui vero duo, dum statuunt testes singulares sufficere ad probandum aliquem esse in genere usurarium, opè distinctionis hujus, qua diversificativa vel subalterna in subiectivam & non subiectivam dispescitur, facile cum Hahnio conciliari possunt. Unde, nisi fallor, utilitas subdivisionis hujus, manifesto relucet.

§. 28. Superest, ut de ratione conciliandi testes singulares, specie pugnantes, paucis agatur. Quemadmodum manifeste contrarii nullam probandi vim habent; & de horum conciliatione iudex sollicitus esse non debet: Ita è contrario illis, qui cum pugnare inter se videantur, minime pugnant,

gnant, non detrahenda est fides. Sed in dubia contrarietate tentandum, an ad concordiam testes reduci queant; omnisque interpretatio facienda est in depositionibus testium, ut inter illos contrarietas evitetur. *Cap. 16. Et ibi Gloss. Et Dd. X. de testibus.* In quo quidem capitulo extat exemplum hujusmodi factæ per interpretationem concordæ; cum ibi Papa testes conciliaturus aliquid suppleat, & præsumat bis fuisse appellatum. Similiter distinctio temporum, si principium & finem actus distingvas, & omnes modi, quibus leges specie pugnantes conciliantur, stabiliendæ hujusmodi concordæ deserviunt. Vid. *Farin. dict. tract. quest. 65. num. 59.* & quos ibi allegat *Dd.* Quod si testes apparenter contrarii singulares existant; & per hujusmodi conciliationem in concordiam reducantur, evanescit singularitas.

§. 29. DE cætero, post generalia substratæ materiæ utcunque excussa, possem jam ad speciales casus descendere: in quibus, an testes singulares probent, vel non probent? *Dd.* sic satis operose passim disquirunt; illosque ex his colligere, & ad certa capita, secundum tria juris objecta digestos revocare. Verum cum & hoc chartæ penuria veter, & hujusmodi specialium quæstionum

decisio ex traditis generalibus regulis pendeat :  
excusationem, ut spero, inveniet, inglorio labori  
pepercisse.

## COROLLARIA.

### I.

**S**olidis rationibus destituitur illorum sententia,  
qui furem de patibulo prolapsum à pœna capi-  
tali liberandum statuunt.

II. Condictio furtiva etiam fure suspenso  
adversus ipsius hæredes competit.

III. Valet rei alienæ legatum, etiam jure Ca-  
nonico, frustra dissentientibus aliis. Nec obst. c.  
5. X. de testam.

IV. In nuptiis contrahendis malitiam sup-  
plere ætatem, Canonistæ, non sine ratione, sta-  
tuunt.

V. Quod vasallus feudum ipso jure amit-  
tat, si dominum suum concurbitaverit, h. e. cum  
uxore domini rem habuerit, ex tit. 5. §. item si fi-  
delis tit. 21. §. fin. vers. vel si. libr. 1. Feud. satis con-  
stat; Quæritur vero, an idem feudo privetur, si  
cum vidua domini concubuerit? Quod negatur.

VI. Fi-

VI. Filiam ex feudo dotandam & alendam esse, si aliunde ali aut dotari non possit, sola æquitatis humanitatisque ratione defendi potest. Quæritur autem, an illa ex feudo legitimam quoque suam possit obtinere? Distinguo inter feudum ex pacto & providentia, & feudum mere hæreditarium; & ex hoc quidem filia legitimam deberi, ex illo vero minime deberi, existimo.

VII. Quæstio est: An Princeps, etiam summus, monetam debita bonitate intrinseca carentem, salva conscientia cudere, aut majorem monetæ valorem, quam habet materia, constituere possit? Quod regulariter Neg.

VIII. Minus consultum esse videtur, ut Status imperii in protectionem peregrini Principis Regisve concedat.

## SOLI DEO GLORIA.

*Damit nichts leer bleibe, hat man, so viel der Platz vergönnen will, (Tit.) denen Herren Liebhabern mehrere Dispp. angeben, und darbey dienstlich melden wollen: Daß solche, wie g. genwärtige, ebenmäßige zu fena in der Hellerischen Buchdruckerey, (mit einem gedruckten Catalogo, der noch viel 1000. Stükke, von allerband in alle Facultäten einschlagende Dispp. in sich fasset,) um billigen Preiß zu haben sind, als:*

Strykii

- Strykii jus principis extra territorium.  
 Ejusdem aureæ bullæ controversias potiores exhibens.  
 Ejusdem de exceptione deficientis sigilli.  
 Ejusdem de foro principum & privatorum communi.  
 Streckeri de prætoris bellici, quem vulgo Auditorem  
 vocant, officio in causis criminalibus.  
 Ejusdem de census per libros censuales probatione.  
 Ejusdem de desertoribus.  
 Ejusdem de laudo arbitrorum, ejusque juris effectibus.  
 Ejusdem de relegationibus in primis academicis, & no-  
 bili quæstione: an notent?  
 Ejusdem de commissariorum electoral. Saxonie. pote-  
 state restricta in schemate evocationis testium immediata.  
 Ejusdem de beneficio competentia nobilibus non  
 competente.  
 Ejusdem de jure civitatis Erfurtenfis singulari.  
 Ejusdem diversa dubia quidem vexata, & maximam  
 partem feudalia ac equestria, praxi tamen in Francia O-  
 rientali firmata.  
 Ejusdem de interpretatione proximitatis gradus quo-  
 ad successionem in bonis equestribus regressui obnoxii  
 respectu collateralium & descendendum, occasi recessus  
 in familia Dnn. Baronum de Marschalk initi.  
 Ejusdem de exemptione bonorum ordini equestri im-  
 mediato collectabilium illicita.  
 Ejusdem de non-ente civili infamia facti.  
 Ejusdem de expositione vasum æneorum ad fores  
 templi.  
 Ejusdem de doctrina successionis pactitæ ejusque usu  
 & abusu in germania.

F I N I S.







ULB Halle  
003 263 541

3



Sb.

107







1704

1693/26  
8

DISPUTATIO IVRIDICO-PRACTICA  
DE  
**TESTE SINGVLARI,**

GERMANIS:  
Wer ein Sonderlicher Zeuge heisse, und was dessen  
Ausfage in Rechten würece.

P R A E S I D E  
**SIMONE HENR. MVS AEO,**

ICTO CELEBERRIMO,  
INSTITVT. NEC NON IVRIS NAT. ET GENTIVM  
PROFESSORE ORDINARIO,

DIE XXVI. AVG. ANNO CIO IO CXCIIL.

I N  
ILLVSTRI CHRISTIAN - ALBERTINA

R E S P O N D E N T E  
**GODOFR. CHRISTOPH. RICHTER.**

I E N E N S I  
H A B I T A,



OB SINGVLARITATEM ET IN FORO VTILITATEM,

I E N A E,  
REC. PER IO. BERNARDVM HELLERVM,  
A. O. R. MDCCXLII.